S. D. officiosissimam

Nobilissime Domine,

ACAD. LUGD. BAT. BIBL.

Scio quot et quanta negotia sustineas, quamq; parùm ames otiosâ scriptione compellari, id est interpellari. Malo tamen molesti Scriptoris notam apud te incurrere, quàm vel levissimam ingrati pectoris suspicionem non amoliri. Quod frater meus, sicuti hodie ex literis ipsius accepi, paucis abhinc diebus Trajecti ad Mosam Schabinorum ordini allectus sit, id totum post Deum immortalem, omnis boni supremum datorem, ingenti commendationis tuæ, tam seriâ tamq; operosâ, beneficio debet. Et ego nuper erectissimi favoris tui non perfunctorii argumenta et insignes fructus sensi. Hoc restat, ut utrique nostrum omni industriâ ingeniique contentione id

Hug. 37.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Rusius) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4382

id anxiè agat, ne tam Heroicâ benevolentiæ
prorsus indigni habeamur. Eam mereri
dignarq referre gratiâ, a sorte nostrâ ne
sperare quidem audemus. Summâ mentis
veneratione eam, cæteraq sublimes
generosissimi animi Tui dotes, suspicere
atq colere et possumus, et volumus, et
debemus. Vale, Nobilissime Domine,
et perge favere

Tuæ Nobil.

Longè devinctissimo,
longè studiosissimo
cultori

Alb. Rusio

Raptim Amstelodami
9 Cal. Quintil.
A. C. 1646. St. Gregor.

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Rusius) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4382

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Rusius) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4382

Nobilissimo, Amplissimo
Dno

Constantino Zugenio,
Equiti Zulechemi, Monnic=
kelandiæ et Zeelhemi Domino
Celsissimo Auriacorum Princi=
pi a Secretis et Consiliis

© Universiteitsbibliotheek Leiden
Cod. Hug. 37 (Rusius) 2
https://resources.huygens.knaw.nl/briefwisselingconstantijnhuygens/brief/nr/4382